orienti nuper, et in ipsa meridie rutilanti,
aggratulari Natalē, apprecariq; ausi nō sumus,
arridentē omni honorū genere, faustisq;
acclamationibus, si lubet prosequamur.

Itaq; ut oratio mea inde oriatur, unde hoc
omnis causa ducitur; tibi o Virgo Amabilis,
o Mater Admirabilior, o Regina omni felici-
tate, ac gloriâ plenissima, tibi omniū lætantiū
iubilo, omniū festivo plaudentiū ore, ipsorū deni-
que coelestiū Spirituū, universorūmq; mortaliū
votis applaudo, tibi ore, voce, gestu, corde, intellectu,
omniq; affectu congratulor. Quia cū esses
Parvula placuisti Altissimo. Et quidē
primò de omnibus ijs aggratulandū tibi nō censeo,
de quibus sibi turgentes fastuosorū hominū ani-
mi, plerūmq; ut plurimū gratulantur, et applaudunt;
silentio fil. prætermittenda existimo præclara
Parentū tuorū insignia, eximiā patriæ nobilitatē,
antiquissimā stemmatis prosapiā, incredibilē membro-
rū, corporisq; totius pulchritudinē, beatissimā
deniq;, Sanctorūmq; famâ gloriosissimā cogna-